6566 Velletri in monasterio Franciscanorum ROSSI. Ibidem adhuc, hodie *scuola normale*.

/ / / / / / / / M ·
\IO GALERIO ·
\AXIMO ·
*fl*AMINI · CLAVDIALI
Q · KANDID · X · VIR
*s*TLITIB · IVDIC ·
MVS · SER · ARK · ET

I. B. de Rossi descripsit c. a. 1842, recognoverunt Dessau et Stevenson.

1 non fuit D·M, sed scriptus fuit totus. — 2 \IO Rossius et Stevensonius dubitantes, non agnovit Dessau.

6567 Velitris rep. ante multos annos *nella contrada di Risoli*, extat in ecclesia S. Francisci THEVLI. Nuper rep. (scilicet fragmentum continens vv. 8—11) *in contrada le quattro vasche* in vinea Vincentii Petrini CARD. 1823.

L · M A|rio
L · F I L|
M A X|imo
A V R E|liano
F E T I|ali
BIS CO|s
p r o c o|s
A S I|*ae*
PRO · CO|*s*
A F R I|*cae*
VR*BiS* · *P|raef*
P A T R|ono

Pleniorem dat Theuli p. 101 (inde Cardinali p. 98 n. 35); vv. 8-11 solos Cardinalius p. 98 n. 38.

Quae non vidit Cardinalius dedi inclinatis. — 7 versus videtur excidisse apud Theulium. — 11 VRBS·P Theuli, VD Card.

Tractavit Borghesius primum in commentariolo *Giorn. Arcad.* vol. XXII a. 1824 p. 115—117; (ab operibus abest), deinde in commentario de Mario Maximo opp. 5, 459. 460.

6568 cippus magnus. Rep. in agro Veliterno in Colle Martio THEVLI. Est in domo marchionum Ginetti BORGIA VVLPI CARD. Frustra quaesivit STEVENSON.

Q · POM
M V S A E
COS

Theuli p. 104 (inde Gud. 137, 3); Borgia p. 42; Vulpi Lat. 4, 71 (inde Mur. 434, 3); Pococke p. 73 n. 2; M. Meggi, qui vidit a. 1763, inter Mariniana ms. Vat.; Cardinali *Giorn. Arcad.* 22 (1820) p. 72, *iscr. Velit.* p. 86 n. 32.

Egit de titulo Borghesius opp. vol. 1 p. 301. Consul Musa fuit imperante Pio testibus diplomatis n. XLII. XLIII (vol. III p. 884. 885); redit infra n. 6584.

6569 arca marmorea ex Graeco marmore longa palm. Rom. 9, alta $2^2/_3$. Velitris rep. a. 1764 in vinea Nardini *in contrada la colonnella* BIANCHI CARD. Veliterni a. 1772 eam obtulerunt Clementi XIV una cum apographo aere expresso (extat in cod. Vat. 9125 f. 193), cui haec subscripserunt: 'Clementi XIIII p. m. veterum monumentorum conservatori urnam sepulcralem Sex. Vari Marcelli patris M. Aur. Antonini 'Elagabali imp. Aug. in agro Veliterno fundo Columella anno MDCCLXIIII erutam et in museo Vaticano Clementino conlocandam s. p. q. Veli'ternus optimo principi d. d. pontificatus sui a. IIII'. Pontificis rescriptum dono accepto ad Veliternos datum d. 19 Dec. a. 1772 legitur apud Cardinalium *iscr. Velit.* p. 175. Hodie est in museo Vaticano Pio Clementino *al Belvedere*.

SEX · VARIO · MARCELLO ·
PROC · AQVAR · C̄ · PROC · PROV · BRT · C̅C̅ · PROC · RATONIS ·
PRIVAT · C̅C̅C̅ · VICE · PRAEFF · PR · ET · VRBI · FVNCTO ·
C · V · PRAEF · AERARI MILITARIS · LEG · LEG · I̅I̅I̅ AVG ·
PRAESIDI PROVINC NVMIDIAE ·
IVLIA SOAEMIAS BASSIANA · C · F · CVM · FILIS ·
MARITO ET PATRI AMANTISSIMO ·

CEΞΤΩ · ΟΥΑΡΙΩ · ΜΑΡΚΕΛΛΩ
ΕΠΙΤΡΟΠΕΥCΑΝΤΙ ΥΔΑΤΩΝ · ΕΠΙΤΡΟΠΕΥCΑΝΤ ΕΠΑΡΧΕΙΟΥ
ΒΡΙΤΑΝΝΕΙΑC · ΕΠΙΤΡΟΠΕΥCΑΝΤ ΛΟΓΩΝ ΠΡΕΙΒΑΤΗC · ΠΙCΤΕΥ
ΘΕΝΤ ΤΑ ΜΕΡΗ ΤΩΝ ΕΠΑΡΧΩΝ ΤΟΥ ΠRΑΙΤΩΡΙΟΥ ΚΑΙ ΡΩΜΗC
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ ΑΝΔΡΙ ΕΠΑRΧΩ ΕΡΑΡΙΟΥ CΤRΑΤΙΩΤΙΚΟΥ ·
ΗΓΕΜΟΝΙ ΛΕΓΕΙΩΝΟC · Γ · ΑΥΓΟΥCΤΗC ΑΡΞΑΝΤ ΕΠΑΡΧΕΙΟΥ ΝΟΥΜΙΔΙΑC
ΙΟΥΛΙΑ CΟΑΙΜΙΑC ΒΑCCΙΑΝΗ CΥΝ ΤΟΙC ΤΕΚΝΟΙC · ΤΩ · ΠΡΟC
ΦΙΛΕCΤΑΤΩ ΑΝΔΡΙ ΚΑΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΠΑΤΡΙ ·

Descripsit Henzen. Isidorus Bianchi Camaldulensis misit Lamio d. 14 Nov. 1764 (epist. Lam. bibl. Riccard. vol. XI) ediditque cum commentario *Novelle Fiorentine* 1764 p. 803 seq. 1765 p. 418 seq. p. 438 seq. (inde Donati p. 264, 1). Deinde edidit aere incisam suo nomine suppresso Marinus Zampini (eum auctorem esse Marinus Marinius docuit *degli aneddoti di Gaetano Marini* Romae 1822 p. 30 auctores laudans patruum suum in epistula ad Cancellierium scripta et Phil. Aur. Viscontium) in commentario inscripto 'in sepulchralem lapidem Sexti Varii Marcelli in agro Veliterno 'nuper effossum observationes' (Romae 1765 pp. 27). Ediderunt item Oderici diss. (1765) p. 199; Chaupy *maison d'Horace* 3, 381; Osann syll. p. 415; Cardinali *iscr. Vel.* p. 176. Commentarium de hoc titulo Gaet. Marinius scribere instituit (cf. Marinus Marinius l. c.). Orelli 946 cum add. Henzeni.

Sex. Varius Marcellus et Iulia Soaemias Bassiana parentes sunt Elagabali eius qui postea imperavit. Cf. Dio 78, 30: ἡ Μαῖσα ἡ τῆς Ἰουλίας τῆς Αὐγούστης ἀδελφὴ δύο τε θυγατέρας Σοαιμίδα καὶ Μαμαίαν ἐξ Ἰουλίου τοῦ ἀνδρὸς ὑπατευκότος καὶ δύο ἐγγόνους ἄρσενας, ἐκ μὲν τῆς Σοαιμίδος Οὐαρίου τε Μαρκέλλου ἀνδρὸς ὁμοεθνοῦς, ἐξ Ἀπαμείας γὰρ ἧς ἐκεῖνος ἦν, καὶ ἔν τε ἐπιτροπαῖς ἐξετασθέντος καὶ ἐς τὸ συνέδριον ἐσγραφέντος καὶ μετὰ τοῦτο τελευτήσαντος Ἀούιτον (scilicet Elagabalum quem dicunt) . . ἔχουσα. Soror sororesve Elagabali apud auctores nullae commemorantur.

6570 Velitris in choro ecclesiae S. Clementis.

V E R G I L I A|*nus*
x|VIR · STLITIB · IV|*dic*

Metellus cod. Vat. 6038 f. 121.

6571 rep. Ariani (quarto lapide a Velitris Montefortinum versus) *presso le cento cappelle* eo loco quo effossae sunt statuae athletarum, de quibus agitur *Bull. della Comm. archeol. municipale di Roma* 1876 p. 68.

M · A V R E L I V S · P H I L I P P V S
A V G · L I B · P R O C · A S I A*e*
ELIAE · AVRELIAE · SOZOMENAE
C O N I V G I · B E N E · M E R E N T I
CVM · QVA · VIXIT · ANNIS · XXI · M · VI
ET · SIBI · ET · LIBERTIS · SVPERSTITIBVS
E T · A L V M N I S · S V I S ·
ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · ELIAE
CONSVM*m*AVERVNT · AVRELIA
PHILIPP*i* AVG · LIB *lib* . ALIPIANA
E T · A L I P I A N V S F I *l*

Angelonius dedit Stevensonio descriptam versibus continuis et compendiis solutis.

1 MARCVS — 2 AVGVSTI LIBERTVS PROCONSVL ASIATICVS — 9 CONSVMAVERVNT — 10 PHILIPPVS AVGVSTI LIBERTI — 11 FILII traduntur.